



V H Z



FORTITVDO

1577

MEIN

GOTT

VND

VND


HER

PRO

MEIN



1 Joh: Wiegandus de imagine
2. 1721. Siferus. de homine
a. 1721. 1721.



0050

DE HOMINE:
QVIS ANTE
LAPSUM FVERIT, ET
QVIS NVNC POST LAP.
sum extra Christum
sit,

PER CHRISTOPHO.
rum Irenæum.

TESTIMONIA,
ILLVSTRIORA PROPHETA.
rum, Christi, Apostolorum, Patrum,
Lutheri, & aliorum Theologo.
rum, atq; Poetarum Sacro-
rum bona fide col-
lecta.

ADAM SIBERVS.

*Pone animi fastus: nunquam placuere superbi.
Disce, quod es, coram te NIHIL esse Deo;*

IDEM.

*Disce igitur quod sacra docet nos pagina: Totus
Quantus homo est, Vitium & crimen & esse
scelus.*

Anno, 1575.

DE HOMINE

QUI SIT ANTE

LABYRINTHUM ET

QUI SIT POST LAB

YRINTHUM

lib

PER CHRISTOPH

ORUM

TESTIMONIA

ILLUSTRIORA PROPHETA

rum, Christi, Apostolorum, Patrum,

Patrum, & aliorum Theologorum

liber, ad locum sacro

rum pertinentibus col-

lectis

ADAM SIBERVS

liber, ad locum sacro

rum pertinentibus col-

lectis

liber, ad locum sacro

rum pertinentibus col-

lectis

Anno 1772



ORNATISSI-

MO VIRO, PIETATE,

ERVDITIONE, ATQVE IN-

corruptæ & Lutheranę veritatis propu-
gnatione clarissimo D. Achilli Gaffaro,

Medicinę Doctori apud Augusta-

nos solertissimo, Domino &

patrono suo obser-

uando.



MAGNA, MAGNVS
noster inquit Luthe-
rus, sapientia est, sci-
re nos nihil quã pec-
catum esse. Hanc sa-
pientiam Regius Pro-
pheta & Psalmogra-
phus DAuid occul-

tam appellat: Est enim humanę ratio-
ni prorsus abscondita: quę neq; ex vte-
ro in hunc mundum affertur: neque ex
vberibus maternis fugitur: neque ex
Hippocratis aut Galeni Aphorismis:
neq; ex Bartoli & Baldi Codice vel Le-
gibus: neq; ex Philosophicis, & Aristo-

A 2

telis

PRÆFATIO.

relis lacunis, cognosci potest: Sed tantum ex puris & limpidis fontibus Israel, hoc est, Prophetis & Apostolicis scriptis, Spiritus sancti reuelatione & illustratione hauritur ac percipitur. Nam Prophetarum & Apostolorum Monumenta nos liquidè docent, Quis homo in statu innocentiae ante lapsum fuerit: Et quis nunc post lapsum in oculis & iudicio Dei extra Christum & gratiam sine fide, ante Regenerationem secundum seueram legis sententiam sit. Quae de re plurima testimonia Prophetarum Christi, & Apostolorum, in prima & secunda, ex veteri & nouo Testamento, tamquam ex Amussi, lapide Lydio, & Lesbica Regula, omnium Doctrinarum: nec non in tertia parte censurarum ex Commentarijs viri Dei Lutheri, atque aliorum Theologorum nostro seculo citata & allegata sunt, quò lectorem veritatis inquirendæ cupidum, remitto. Nonnulla autem insigniora, cum Patrum quibusdam dictis hic repetuntur: His nunc Poetarum sacrorum Testimonia & suffragia euidentiora adiicio: quibus homo corruptus extra Christum pronuntiatur progenies, soboles, proles
pecc

PRÆFATIO.

peccati: Semen Saranæ: Genimen fer-
pentis: Caro praua: Caro corpore &
mente: Peccatum: Peccatum ipsum:
Malum, perdita foetida pudenda massa
peccati: Culpa, Scelus, Vitium, Crimen,
Noxa, Impietas, nefas, infamia: Nil nisi
Peccatum, Scelus, Culpa, Crimen,
Vitium, Tenebræ, Cæcitas, Mendac-
cium, Sordes, Labes, Virus, Venenum,
Fex, Eluuiæ, Merda, Quisquiliæ, Ster-
quilinium, Larua & Mancipium Sata-
næ, Seruus peccati, Inimicus Dei, Ori-
ginale malum, Seges malorum, Fons &
origo peccatorum, Gramen, Flos, Bul-
la, Spectrum, Umbra, Umbra somnium,
Lutum, Puluis, Cinis, Vermis, Blatta,
Tineæ, Vanitas, Nihil, Maledictio, Per-
ditio, Opprobrium cœli, Ludibrium
soli, Fœtor & horror, Abominatio. Hęc
autem & similia hominis lapsi & cor-
ruptissimi Epitheta, non ex vano Theo-
logorū & Poetarum sacrorum cerebro,
aut Hyperbolico calamo (sicuti eiusmo-
di hominis appellationes nunc Sophi-
stici Accidētis & fictici) inter peccatum
Originis & corruptam naturam, Patro-
ni superciliosè eludunt) nata & prolata:
Sed ex sacris Biblijs desumpta sunt.

PRÆFATIO.

- Moses.** Moses totum hominem corruptum carnem: cor hominis malum & peruersum, fontem & scaturiginem omnium cogitatorum, dictorum & factorum maiorum appellat: Et tam Gentes quam Iudæos Generationem prauam & peruersam pronunciat, Gen. 6. 8. Deut. 32.
- Abrahã.** Abraham humi prostratus, supplex ad DOMINVM dominantium inquit, Ego sum puluis & cinis, Gen. 18.
- Hiob.** In Hiob nuncupatur homo vermis, Abominatio, etc. *Ein Wurm / Mas de / Grewel / Schewsel / Schnode /* vt Lutherus reddidit, Hiob, 15. 25.
- Dauid.** Dauid ex corde contrito humiliter coram Deo confitetur. In peccatis conceptus & natus sum: Tibi tantum sum peccatum, Psal 51. Inquit etiam, Omnes declinarunt, Apostatarunt, computruerunt vel putrefacti, inutiles & abominabiles facti sunt. Non est iustus, non est qui faciat bonum, ne vnus quidem, Psal. 14. Item, Impij peruersi sunt ab utero. Psalm 158. Omnis homo vanitas, mendacium, nihil, leuiore vanitate, filij hominum, Psalm. 39. Non nobis DOMINE, non nobis, sed Nomini tuo da gloriam inquit, Psal, 115.
- Esaias

PRÆFATIO.

Esaias cum Dauide hominem comparat Gramini arido, & flori marcido, Psal. 103. Esa. 40. En Gentes, Idem inquit, sunt stilla situlae, & vt puluis tenuis statera. Omnes Gentes tanquam nihilum sunt coram Deo: Minus quam nihilum, vanitas vel inane reputantur præ ipso. Habitatores terræ sunt vt locustæ. En insulas tanquam puluerem proijcit, Esa. 40.

Esaias

Eesai. 40.

Daniel submissè pro se & omnibus hominibus talem confessionem edit: Tibi DOMINE iusticia, nobis autem confusio faciei, Dan. 9.

Daniel

Maria mater DOMINI se abiectam, nihili & nullius momenti puellam coram DOMINO agnoscit & faretur, Luce 1.

Maria

Baptista ne quidè se dignum æstimat, qui calciamenta DOMINO IESU soluat & purget. Et vt Lutherus inquit, *Hele sich mit aller seiner Gerechtigkeit / vnd Wercken als einen vnflätigen Haderlumpen gegen Christo / Johan. 1.*

Baptista

Centurio agnoscens suam indignitatem humili cōfessione ad Christum ait, DOMINE non sum dignus vt intres lectum meum.

Centurio.

A 4

Ps.

PRÆFATIO.

Petrus. Petrus consternatus & ad pedes Christi prostratus tremulo corde & corpore hanc vocem edit: Exi à me DOMINE, quia homo peccator sum, Luc. 5.

Magdalena. Magdalena ex agnitione peccati & terrore conscientiae ad Christi pedes abiecta, lachrymis pedes Iesu rigans, capillis tergés, ore exosculans, supplex querit & petit remissionem siue condonationem, quo ad corruptam naturam vel peccatum Originale, & fructus malos vel peccata actualia impudicis motibus dictis & factis perpetrata.

Cananaea. Cananaea non indignè fert, se à Christo proclamari canem abiectum & despectum.

Christus. Christus Dei & Mariæ filius appellat homines non renatos, carnem, tenebras: filios & atrium Satanae, Genimina viperarum, seruos peccati, mortuos, cōparat nos omnes malis arboribus: spinis: tribulis, viti exciso, arefacto & ad ignem destinato, spoliato, vulnerato & semimortuo viatori, oui, drachmę, filio perditis, pullis dispersis & faucibus vulturis expositis, sepulchro extrinsecus dealbato, intrinsecus pleno stercorebus & foetoribus. Quibus similibus nobis ob

PRÆFATIO.

oculos ponit, quam corrupti, miserī,
perditi, abiecti & nihili homines coram
Deo extra ipsum simus, Ioan 3. 8. 15. Mat-
thei, 12. 7. 23. Luce, 10. 15.

Paulus se suaq; omnia ad iustitiam **Paulus.**
Christi collata *ἐν τρωμα, σκύβαλα*, excre-
menta, stercora & damna appellat, 1.
Cor. 15. Philipp. 3. Deus (vel Scriptura
inquit) omnia sub peccatum conclusit,
Roman. 11. Gal 3. Sicut totum homi-
nem & omnia membra eius, ex Psalmo-
rum testimonijs adductis, peccati ar- **Rom. 3.**
guit, accusat & conuincit: Non est iu-
stus, ne vnus quidem, omnes corrupti
vel putridi facti sunt: Guttur eorum se-
pulchrum apertum: Linguis suis dolo-
se agunt: Venenum aspidum sub labijs
eorum: Os eorum maledictione diris
& amaritudine plenum est: Pedes eo-
rum veloces ad fundendum sanguinem,
&c. A deoq; legis accusationem & con-
demnationem vrget, vt omnium os ob-
duretur: Et totus mundus obnoxius
vel reus Deo fiat: Et Deus omnium cre-
dentium misereatur, Rom 3. Gal 3.

Lutherus vir Dei inquit: Vsu Scri- **Luthe-**
pturæ opprobrium est hominem dici, **rus,**
Gal, 2. Homo enim ex se nihil est, po-
test,

PRÆFATIO.

test, habet præter peccatum, mortem & damnationem, Gen. 12. Item, Cum toti in & ex peccato nati simus, natura nostra peccatum est, 2. lat. Tom.

Heshu-
sius.

Similiter docuerunt Noui Pelagiani Accidentis Affectus & fictitij discriminis propugnatores, dum vestigijs Lutheri insisterent. Sic enim Heshusius in suo seruo arbitrio scribit: Vniuersa Scriptura testatur Totum hominem nihil esse nisi peccatum: Semen Satanæ: Filium iræ, Ita vt rectè dixerit Chrysostomus: Omnis homo non solum est naturaliter peccator: Sed totus est Peccatum. Item, Dauid, Psal. 51. Tibi tantum sum peccatum. Hæc sententia non hyperbolicè sed verissimè est in versu reddita: Ante tuos oculos, nil nisi culpa sumus. Idem quoq; in Antidoto in quo Accidenti patrocinatur, Nolens volens Lutheri & nostram sententiam fateri cogitur, sic inquit: Homo non tantum est peccator, id est, nõ tantum committit actualia peccata, sed etiam est peccatum, id est, Torus homo quantus est anima & corpore & omnibus motibus affectibus & actionibus est quiddam reum & damnatum à natura in iudicio Dei:

PRÆFATIO.

DEI; quia discrepat totus à norma diuina.

Vviganus in Libel: De Homine. Homo appellatur in Scriptura peccatum, vt P[sa]l: 51. Tibi tantum sum peccatum: non tantum propter terminum, hoc est, quod homo sit res rea, sed etiam propter fundamentum, hoc est, quod sit massa corrupta & perdita: Semen & mancipium peccati: Hostis Dei: Spiritus sancti Antagonista: Diaboli organon & subditus: Arbor putris vel mala, malos fructus fructificans.

Mencelius coram duce Saxonix, Ioanne Vvilhelmo & comite Mansfeldico Vulrado, Vinariæ confessus est. Homo sicut nascitur ex patre & matre, est cum tota sua natura & substantia non tantum peccator: sed etiam peccatum ipsum, Peccatum Accidens dici non potest, si verum est (vti verum est) totam naturam corruptam & nil, nil nisi peccatum esse, quia res magnæ requiruntur ad delendum peccatum.

1. Sanguis & mors Christi.
2. Mors & interitus totius hominis.
3. In Resurrectione mortuorum non tenuis velleuis mutatio & alteratio Accidens

Vviganus.

Mencelius.

PRAEFATIO.

identium vel Qualitatum: sed totalis
Regeneratio & Renouatio totius homi-
nis. Lutherus appellat peccatum &
Mortem mala separabilia, quo ad illam
vniuersalem Regenerationem, quæ fiet
in nouissimo die.

**Andreas
Fabricius.** Andreas Fabricius ante Apostasiam
apertè docuit, Peccatum est Theologi-
cè substantia hominis, qui non tantum
peccator est: sed totus est peccatum.
Item, Afferere peccatum est Accidens,
hoc verè est loqui de peccato sine re, vel
de re nihili. Et hæc vocabula Accidens,
Qualitas, &c. sunt tantum spuma ver-
borum de peccato Orig: sine fide secun-
dum prædicamenta sine experientia
extra tentationem, &c.

**Homber-
gerus.** Hieremias Homberger sic, antequam
Apostata fieret, scripsit. Ipse Deo coram
sine Christo culpa scelusque, Ipse ego
peccatum sum proprieq; vocor.

**Melissan-
der.** Melissander, Sum in ea sententia
quod hominis substantia eatenus rectè
dicatur peccatum quatenus est corru-
pta, siue ratione corruptionis. Hæc et-
iam mea est sententia, inquit Illyricus
in Refutatione Antidoti.

Ab hac autem, quam antea publicè
cum

PRÆFATIO.

cum Luthero & omnibus Orthodoxis professi sunt doctrina, Heshusius, Vviggandus, Mencilius, Fabricius, Hombergerus, Melissander & alij in reprobum sensum traditi, proh dolor, contra sua ipsorum priora scripta, & confessiones non solum turpiter apostatarunt aut defecerunt: sed impudenter eam quoque nunc Manicheismi insimulant, quam notam hæreseos ac ignominia non tantum nobis prophetarum, Apostolorum & Lutheri discipulis: sed ipsis etiam Prophetis Apostolis ac viro Dei Luthero satis proteruè & petulanter falso inurunt, Imo Spiritum sanctum sine fronte mendacij arguunt, sicut Islebiani Apostata, vertumni & Ezeboli expressè & impudenter negant hominem nusquam in Scriptura appellari peccatum contra manifestum Davidis testimonium, Psal. 52. Ego tibi tantum sum peccatum. Et nunc satis atrociter Sophisticum Accidens & ficticium inter peccatum Originis & corruptam naturam discrimen calamo & gladio vel persecutione propugnant crudeliter, licet nefarium & perniciosum Accidens sit lerna, sentina & camerina multiplicum errorum.

PRÆFATIO.

torum Qui enim docent peccatum tantum esse Accidens & quiddam distinctum & diuersum à natura & in natura hominis hærens, illi extenuant,

1. Horrendum lapsum Adæ, quo totius naturæ hominis immutatio teste Luthero facta est.

2. Officium legis, quæ totam naturam & substantiam hominis corruptam, peccati arguit, accusat & damnat.

3. Incarnationem, passionem *λύπη* & meritum filij Dei, qui totum hominem sine peccato, id est humanam naturam integrè, iustam & legi conformem & non tantum Accidentia vel Qualitates humanæ naturæ assumpsit. Et non tantum Accidentia vel Qualitates hominis: sed totum hominè morte & sanguine suo pretioso redemit. Hinc Augustinus inquit, Pelagiani (ita etiam Accidentarij) in infantibus laudant opus creationis, vt destruant misericordiam Redemptoris. Et Lutherus inquit, Si imago Dei & Peccatum Originis non sunt de essentia hominis, & tantum sunt Accidens vel Qualitas in homine, frustra fuit Redemptorem mittere.

4. Don

PRÆFATIO.

4. Doctrina Accidentaria extenuat gratiam Dei, iustificationem peccatoris coram Deo, qui non tantum Accidentia vel Qualitates hominis, sed totum hominem in gratiam fide propter Christum recipit. Inimici gratiæ inquit Augustinus, latent sub laude naturæ, quod non solum de veteribus, sed etiam recentioribus Pelagianis nostris, videlicet Accidentis patronis verè dicitur: Heshusius enim naturam & substantiam hominis etiam post lapsum per se adhuc bonam & legi diuinæ non contrariam, sed conformem, in Antidoto expressè affirmat. Quid igitur opus est tali naturæ gratia DEI & iustificatione, condonatione & remissione peccatorum?

5. Regeneratio & renouatio spiritalis in hac vita in credentibus, & tandem in Resurrectione in electis extenuatur, quæ tantum ab Accidentarijs ad Accidentia & Qualitates & non ad ipsam naturam corruptam vel substantiam hominis refertur, sicut Islebiani apertè recreationem & renouationem essentialem substantiæ hominis negant & tantum accidentalem Qualitatum concedunt.

6. Re-

PRÆFATIO.

6. Refertur etiam ab accidentis Patronis pœnitentia, agnitio, contritio, confessio & absolutio peccati tantum ad accidentia licet Scmalcaldici articuli eam ad totam naturam referant. Summa, tota accidentariorum Theologia est tantum accidentaria, Et vt Fabricius ipse fatetur in quodam scripto, Si peccatum Orig: tantum est Accidens, tum actualia peccata sunt accidentia accidentis, & Christus totus, cum suo regno est Accidentarius.

Tux autem excellentiæ, excellentissime & clarissime D. Doctor & patrone obseruandę hæc testimonia collecta dedico, vt T. E. videat, nostram doctrinam, quam de peccato Origin: profitemur, & propter quam multorum odia & persecutiones incurrimus, ex fontibus Israel haustam analogã fidei, id est, Prophetarum & Apostolorum oraculis consentaneam esse.

2. Virum Dei Lutherum Christianæ Religionis nostro seculo restauratorem, cum plurimis Theologis hanc serio & sedulo propugnasse, & in monumentis suis depositi loco nobis reliquisse.

3. Mul-

PRÆFATIO.

3. Multos quoq; Poetas sacros vestigijs Lutheri in doctrina de peccato Originis insistere.

4. Et ipsos Antagonistas nostros cum Luthero & nobiscum hanc doctrinam manifestè professos esse, quam nunc more Apostatarum damnant, pedibus conculcant, Manicheismi infimulant, sophistici accidentis, noui facti patroni. Amanter autem rogo, vt T. E. hanc meam opellam in colligendis testimonijs æqui bonique consulat, & me sibi commendatum habeat, vt qui iam in quartum annum, propter veritatis confessionem exilium fero, Christus T. E. senio confectam confirmet, & in veritate reuelati verbi per Spiritum sanctum sanctificet, & vsque ad extremum vitæ habitum clementer mecum conseruet, AMEN.

T. E.

dd.

Christophorus
Irenæus Exul
Christi.

B

DE

DE HOMINE:

QVIS HOMO

ANTE LAPSUM FVE-
rit : Et nunc post la-
psum sit,

MOISES,



ONS OMNIVM PRO-
phetarum, Moises testatur
hominē primum à sapien-
tissimo, sanctissimo, iusti-
simo & immortali Arche-
typo, ad imaginem Dei, id est, sapien-
tem, sanctum, iustum, voluntati & le-
gi diuinæ, corpore & anima confor-
mem, atque immortalem creatum: cui
princeps Apostolorum Paulus adstipu-
latur, Ephes. 4. Colof. 3. 1. Thessal. 5.
Hæc Imago non fuit tantum distinctum
& à natura hominis diuersum Accidens
aut Qualitas: sed, teste Luthero, fuit de
Essentia & natum hominis integri, vel
fuit essentialis & connaturalis hominī

DE HOMINE.

incorruptæ : Et vt Vviganus ipse ante
Apostasiam testatus est imago Dei de to-
ta hominis substantia, quæ corpore &
anima constructa est, intelligenda est.
Fuit enim totus homo voluntati & le-
gi Dei conformis. Homo autem ima-
go Dei, ad quam initio diuinitus con-
ditus, proh dolor non permanfit: sed
mendacio & dolo seductoris Satanae
Originali lapsu, efficacia diuine commi-
nationis (Morte morieris) ex imagine
DEI, in tetram & horrendam Satanae
laruam transformatus est, ita vt ex sa-
piente insipiens, stultus & cæcus in spi-
ritualibus: Ex iusto & legi Dei confor-
mi, iniustus ac legi inconformis & re-
pugnans: Ex filio gratiæ, filius iræ, ex
domicilio Spiritus S. Atrium & manci-
pium Satanae: Ex immortali & hærede
vitæ æternæ, mortalis & reus æternæ
damnationis fieret. Summa, Homo non
est amplius is, qui fuit ante lapsum, sed
prorsus alius factus est, Theologicè vel
Spiritualiter consideratus, & ex homi-
ne quasi in non hominem, vel potius
in portentum & monstrum hominis,
teste Luthero, mutatus sic: Tanta enim
totius naturæ horrendo Adæ lapsu facta
est

DE HOMINE.

est immutatio, vt homo post lapsum, ad hominem ante lapsum collatus, vix cadauer censendus sit. Homo, inquit Vviggandus, in libell De Homine, horrenda metamorphosi corpore & anima veluti ex auro purissimo in scoriam & in quid deterius mutatus est. Hanc metamorphosin & Musæus in Postilla asserit, inquiens. Natura humana Originali lapsu ex imagine Dei transformata est in fœdam Satanæ laruam, cui Deus horribiliter irascitur. Concedit & Heshusius eam in suis, De Iustificatione hominis, concionibus, quam nunc accidentis Aſſeclę negant. Natura igitur humana quæ innocens & integra, vt imago Dei & arbor, vel plantula Paradyſi bona iustitia Orig: & omnis actualis iustitiæ, bonarum Qualitatum, motuum & actionum, legi diuinæ correspondentium, fons & origo fuit: Nunc lapsa & corrupta, vt larua Satanæ & arbor mala, Peccatum Originale, radix, fons, origo & scaturigo (præcipuè quo ad cor peruersum) omnis actualis iniustitiæ, malorum Qualitatum motuum, cogitationum, dictorum & factorum à lege discrepantium, & cum ea pugnantium, est.

B 3

Hoc

DE HOMINE.

Hoc ipsum Moises ductu Spiritus sancti Gen. 6. 8. manifestè profiterur, vbi inquit, Homines caro sunt, & omne figmentum cordis humani malum est semper ab ineunte ætate. Quibus verbis non solum cogitata: sed etiam ipsum Iezer, vt Hebræus textus habet, plasma, massam ipsam cordis malam, legi Dei inconformem atq; repugnantem esse, gignentem & scaturientem omnis generis cogitationes, cum voluntate & lege Dei pugnantes, testatur.

CHRISTVS.

MOISIS luculentus & fide dignissimus Christus Dei & Mariæ filius (qui optime nouit, quale nunc figmentum simus) interpres, inquit Matth. 12. Malus homo ex thesauro cordis profert mala, Et Matt. 15. Ex corde exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, obrektionen, &c.

VIR Dei Lutherus Moisis & Christi verba diligenter perpendens & examinans inquit, Cor malum est fons Veneni & scaturigo quædam virulenta, ex quo nihil boni procedit, nec verbo nec facto,

DE HOMINE.

facto, etiamsi in speciem appareat. optima, Deinde non solum ipsum nil boni profert, sed etiam bona ab alijs dicta & facta inficit & intoxicat, damnat & calumniatur. **Es ist der bundte Molch / (vt Germani dicunt,) da alle giftige Würme Gifft bey holen.** Quis autem credit? Quis concipere potest? tam horribili sententia in cœlis apud Deum esse damnatum cor humanum? scilicet vt sit thesaurus malorū, fons venenorum, caput & origo omnis iniquitatis. **Es solt einem wol grauwen für seinem eigenen Herzen / wer ein Mensch heisset /** quando audit in medio corporis sui talem pestem, tale virus, talem thecam malorum & venenī repositam esse, quod nil boni dicit & facit. Deinde bonum ab alijs dictum non finit esse bonum, sed ex ipso bono sibi venenum, ex DEO Diabolum, ex vita mortem, ex iusticia peccatum facit, &c. **Pfuy / der schendlichen Mordgruben /** quę est in corde humano, das heisset ja des Menschen Herz recht abconterfeyet mit seinen Farben und Tücken. Idem, Lutherus Matt. 12. cap.

DE HOMINE.

inquit, Corde existente malo & voluntate mala, impossibile est cogitationes, dicta & facta esse bona.

Propheta passim & Apostoli non Accidens vel Qualitatem cordis, sed cor ipsum hominis per se malum, peruersum, cœcum, contumax, rebellans, obduratum, lapideum, ferreum, Adamantinum, inciucumcisum, pœnitere nesciens, appellant. Corde igitur malo ac fonte omnis mali atq; peccati existente: certe totum hominem malum ac peccatum in oculis Dei esse necesse est.

DAVID.

DAVID ingenuè Psal 51. confitetur. Tibi tantum sum peccatum, id est, totus sum inconformis & contrarius legi Dei. Peccatum enim propriè significat, quod non est conforme: sed contrarium legi, vel quod à lege discrepat, teste Apostolo Ioanne, 1. Ioan. 3. & Luthero in Antilatomo.

AVGVSTINVS.

AVGVSTINVS inquit, Nemo se palpet, de suo Satanas est. Item omnes homines sunt vna quædam Massa peccati, supplicium debens diuinae

na

DE HOMINE.

nae summeq; iusticiae. Item. Totus homo est peccatum. Item: libr. 6. cap. 7. contra Iul. Pelag. Hoc vnde nunc agimus, quod nobis resistere sentimus in nobis, aut aliena natura est separanda, aut nostra sananda: si alienam dicimus separandam: Manichæis fauemus. Fateamur ergo nostram esse sanandam, vt Manichæos simul & Pelagianos vitemus, lib. 3. cap. 26. contra Iulian. Ex peccato illo magno (vel lapsu Adæ) & ex maledicto in peius tota fuit mutata Natura, vnde trahitur Orig: peccatum Idem in speculo peccatoris. Ingressus tuus flebilis: Progressus debilis: Egressus horribilis est. Item in lib. Soliloquiorum, cap. 2. Miser ego homo, coram te Deus fateor, quod sum cadauer putridum: Esca vermium: Vas foetidum: Cibus ignium: Abyssus tenebrosa: Terra misera: Filius iræ: Vas aptum in contumeliam: genitus per immundiciem: Viuens in miseria: moriturus in angustia: Quid futurus sum? Vas sterquilinij: Concha putredinis: plenus foetore & horrore. Item in libr. de vnitate Trinitatis ait. Totus homo transgrediendo peccauit, & si totus transgrediendo

B 5

pecc-

DE HOMINE.

peccauit, totus peccati sui vicio perijt.
Si autem totus perijt: totus beneficio
saluatoris indiguit. Totum Christus
veniendo saluauit. Et si totum venien-
do saluauit, non corpus aut animam, sed
corpus & animam quibus constat totus
homo, & quibus peccasse ante videtur,
assumpsit. Alicubi etiam in hanc sen-
tentiam inquit Augustinus, Si error est,
omnia Deo & nihil homini tribuere,
pius error est, solitus est etiam D. Stau-
pitius ad D. Lutherum dicere. Tua do-
ctrina mihi valde placet: quia omnia
Deo nobis nihil tribuit.

SEDVLIVS.

PRÆTER peccatum, nihil ex NO-
BIS habemus.

GREGORIUS.

ALIVD sumus per naturam condi-
ti. Aliud per peccatum lapsi.

HILARIUS.

HOMO per peccatum, suum spiri-
tuale ESSE, amisit.

CHRYSOSTOMVS.

OMNIS

DE HOMINE.

OMNIS homo non solum est naturaliter peccatum. Sed totus est peccatum.

BERNHARDVS.

BERNhardus, cap. 2. Meditat: Parentes me ante fecerunt damnatum quam natum: Peccatores peccatorem in peccato suo genuerunt, de peccato nutriuerunt, miseri miserum in hanc lucis miseriam induxerunt: Nihil ex eis habeo nisi miseriam & peccatum, & corruptibile hoc corpus, quod gesto. Cum eorum sepulchra respicio, non inuenio in eis, nisi cinerem & vermem, foetorem & horrorem: Quod ego sum, ipsi fuerunt: Quod ipsi sunt, ego ero. Item. Plorans & eiulans traditus sum huius mundi exilio: Et ecce iam moriar plenus iniquitatibus & calamitatibus, cap. 16. Caro mea de peccato nata & in peccato nutrita est, cap. 17. Vetus homo totus in peccatis natus est, & sic nutritus: Amicus iniquitatis, filius mortis, vas ire in contumeliam, aptus ad interitum. Item, Homo à natiuitate cæcus est, surdus & mutus, rebellis veritati, inimicus crucis Christi, contemptor Dei, cultor sui,

DE HOMINE.

fui, Amator mundi, seruus diaboli, reus mortis, capit 3. Nihil aliud est homo, quàm sperma foetidum, saccus stercoreum, cibus vermium, vilius sterquilium non vidisti.

LILIVS VINCEN- tius.

LILIVS Vinc: de miseria & fugacitate humanæ vitæ, Ex cerebro hominis Bufo nascitur: Gignuntur ex renibus serpentes, ex ventre lumbrici, ex carne vermes, ex pelletineæ. Quid igitur humano cadauere foetidius esse potest? Quid horribilius homine mortuo? cuius dum viueret gratissimus erat complexus, in morte vero horribilis aspectus. Plura Patrum testimonia adduci possent.

LVTHERVS.

NVNC Lutherum insignem & principem nostro seculo Theologum de homine lapsio vel eius natura ac substantia corrupta differentem audiamus. Summa Christianæ doctrinæ est, inquit Psal 51. Nos totos esse in peccato positos, imo esse peccatum, etiam cum concipia

DE HOMINE.

incipimus & formamur in utero materno. Ipsum semen, ipsa conceptio, ipsa augmentatio. Foetus in utero antequam nascimur & homines esse incipimus, est peccatum, Ibidem, Quin tu sic defini peccatum, peccatum est hoc totum, quod ex patre & matre natum est. Item 2. Tomo latin. Cum toti ex & in peccato nati simus, Natura nostra peccatum est.

Item, 1. Tom. German. Ien. **Sibe/**
So war ist es / das ich für dir ein
Sünder bin / das auch Sünde meine
Natur vnd anhebendes Wesen ist /
schweigend die Wercke vnd folgens
des Leben. Item / In die Circumci-
tionis. Das treibet die Schrift in als
len Exempeln / vnd leren durch vnd
durch / Unsere Sünde in vns / ist
nicht ein Wercke oder That. Sone-
dern ist die Natur vñ ganzes WES
S E N. Item / Die Natur ist zur
S Ü N D E worden. Item / Es feh-
let an dem ganzen W E S E N der
Natur / Ir Geburt vnd all ir Hers-
komen ist verderbet vnd S Ü N D E.
Das ist die E R B sünde / oder N A-
T U R sünde / oder Person sünde / die
rechte

DE HOMINE.

rechte **HEVPT**sünde/diese Sünde wird nicht geihan / wie alle andere Sünden/sondern sie ist/ sie lebt/ vnd thut alle andere Sünde / vnd ist die **W**esentliche **S**ünde.

Gene. 12 Homo ex se (nota **EX SE**, non ex Accidente) nil est, nil potest, nil habet, nisi peccatum, mortem & damnationem.

In Scholio Rom. 3. Alles ist Sünde / was nicht durchs Blut Christi im Glauben gerecht wird / Vnd spricht darbey/das solchs das Hauptstück vnd Mittelplatz der Epistel zum Römern vnd der ganzen heyligen Schrift sey.

Tom. 2. lat. Veri serui iustitiæ contentur, se nihil quàm peccatum esse. Item, Homo extra fidem in Christum, nihil est quam peccatum & damnatio.

1. Tom. Isleb: 470. Wir sind voller Sünde/Ja sind eitel Sünde/inwendig vnd auswendig / mit Leib vnd Seel vom Schetel an bis auff die Versen.

Galat. 3. & Gen. 42. vrget vir Dei Lutherus, Cum peccator in agnitionem sui

DE HOMINE.

sui venit, sentit se non solum peccatorem & calamitosum concretiuè, seu adiectiuè, sed etiam abstractiuè seu substantiuè peccatum esse. Et Gen. 39. inquit. Non solum stulti, sed etiam ipsa stultitia sumus.

Tom: 8. Ien: fol: 51. inquit idem Lutherus. Ach was wöllen wir arme Drecksecke / Madensecke vnd Unflat für dem rümen / der Gott vn Schepfer ist Himels vnd der Erden / der vns aus Drecke vnd nichts gemacht hat / vnd wir sind auch vnser Geburt / Natur vnd Wesens (vn nicht eines Accidens) halben noch für seinen Augen eitel Dreck vnd Nichts. Item / Dominica 23. Trinit. Kirchenspostil: Wol magstu auswendig für der Welt schön vnd geschmückt sein / Aber inwendig vnd für Gott bistu doch nichts denn ein stinckender Unflat. Item / Gott helt dich in seinem Gericht (ausser Christo) für Koth / Drecke / ein Brewel vnd Feind des Creuzes Christi.

Item alibi inquit. Nihil foedius est excrementis hominum, Credo DEVM
quo-

DE HOMINE.

quotidianum exemplum nostrę immundicie in nobis proponere voluisse. Ach was stolziren wir armen Madens secke doch? Wenn wir es recht bedencken / so sehen wir / wie die grossen vbergülde Bilder / welche auswendig schön vnd gleissend sind / inwendig aber sind sie vol Meusdreck / Spinwippe / Beche / Kleister vnd allerley Unflats / Also sind wir auch inwendig vol Dreck / Stancs vnd Unflats / wie schön vnd herrlich wir vns auch lassen auswendig bedüncken / Vnd das noch mehr / der Stancs vnd Unflat der in vnserm Bauch ist / vnd durch oder aus dem Bauche gehet / ist noch gülden vnd eitel köstlicher Thiesem gegē den Speciebus / die ein wenig höher stehen vnter der lincken Zigen / da ist erst des gewaltichen Geistlichen Stancs vnd Unflats eine rechte colluies vñ scheussliche Anzucht / die vnserm Herrgott (so zu reden) vnd allen Menschen die Nasen voll stincken / welche der Herr Christus / Mat. 15. vnd 5. Paulus Roma. 3. vnd sonst beschreiben.
Noch

DE HOMINE.

Noch ist's eitel gleißend lieblich / wol
riechend Ding vmb den Menschen /
weil er noch lebt / sich reget vnd bewe
get / vnd der Athem in im ist. Aber
wenn im der entgehet / da wird es als
lererst ein rechter stinckender Un
flat / wenn Er wider lebendig begint
zu werden / vñ das alles in im kribelt
vnd wibelt / vnd wenn die Schlans
gen stehen wie die Knochen / vnd in
niemand ansehē vnd riechen kannoch
wil / Nasen vnd Augē für im zudeckt
vnd von im abwendet / vnd wenn ein
lebendiger Mensch eines solchen Un
sichtig wird / schier für Grauen
vnd Angst vmbfelt / vnd wer in an
greiffet / der verunreiniget sich an im.

Noch ist's eitel köstlich Ding / wenn
es noch so vnflätig ist / vnd noch vns
vnflätiger were / denn es Menschen
ausreden können / gegen dem Unflat
vnd schrecklichem Jamer / der da an
den Gottlosen vñ verdampften Men
schen angehen wird nach diesem Les
ben / wenn sie mit Leib vnd Seel wer
den in Abgrund der Hellen vnd stin
ckenden

C

ckenden

DE HOMINE.

enden pful geworffen sein / Est igitur homo incredulus & non renatus, per se colluies foedissimarum sordium & vermis vstulandus, igni inextinguibili. Auff solche Definition vnd Beschreibung des Menschen / Sey stolz vñ übermütig lieber Mensch / wenn du gleich so gros werest / das du mit dem Kopffe an das firmament stößest: So geleret als Aristoteles: So weise als Salomon: So starck als Samson: So gewaltig als Nebuscadnezar / der auch seinen Stul Gott dem Herrn gleich heben vnd setzen wolt / noch bistu so gestalt nach deiner eigen Art / aller Pracht / Macht vnd Krafft / darauff pralle vnd fare hoch her / Aber wenn du hoch ferest vnd prallest / vnd deine verderbte / verkerete Natur oder Erbsünde / sampt den wirklichen Sünden / Jamer vnd Elend / aus dem Gesetze nicht erkennest / Busse thuest / vnd durch den Glauben an Christum / aus lauter Gnade Gottes / nicht Vergebung der Sünden / von diesem Jamerthal mit dir hinweg

DE HOMINE.

weg bringest / so brallestu mit Leib
vnd Seel / Quantus, quantus es, wie
hoch vnd gros du jmermehr bist / in
das ewige hellische Feuer / vnd must
darinnen braten / gekrelet vnd ges
quelet werden / eine Zeitlang / die da
heisset in seculum seculi, in Ewigkeit:
Et si quid ultra, Wie Esaie am letzten
gesagt wird / vnd sol zappeln vnd zas
gen / winseln vnd Klagen / Ach vnd
Wehe jmer vnd ewig dein Gesang
sein / die hellischen Flammen werden
sein deine Labtrüncke / wer du auch
bist / hohes oder nidriges Standes /
der du one Bus / Glauben / vnd Ver
gebunge der Sünden / in deinē Stols
ze vnd Hochmut / Trotz vnd Ver
messeneheit dahin fereft. Daraus sol
ten wir vns ja billich vnser verderb
ten Natur oder Erbsünde Standes
vnd Unflats / Jamers vnd Elendes
erinnern / vnd keines Wegs stolzies
ren / sondern vns für Gott vnd Men
schen demütigen vnd nicht erheben.

Hac doctrina legis, verbo Dei reuela
ta, offenditur & ringitur quidem Ratio
humana: sed Lutherus cum Dauide,

DE HOMINE.

Pfal: 51. ait. Tu Deus vincis cum iudicaris, vt sis iustus & vita: Ego autē cum omnibus alijs hominibus, **P E Ccatum** & Mors: vt tu sis summum bonū: Ego autem cum omnibus hominibus **E X-TREMVM MALVM.**

POMERANVS.

POMER: in Commentario ad Romanos cap. 3. Nos ex natura sumus mēdaces & peccatum. Ibidem, Cum nihil aliud quā peccatum sint, putant se non peccasse. Roman. 6. Totum quod nascitur, anima & corpus caro est & peccatum. Ibid: Quantus, Quantus sum, nihil aliud quam peccatum sum. Roman. 7. Nihil aliud sumus quam malum. Roman. 8. Vna sumus cum Sanctis massa & caro peccati. Item, Psal: 51. Tace queso impietas, satis peccatorum habemus, qui toti peccatum sumus. Psal. 142. Homines ex se nihil sunt, nisi peccatores & peccatum ipsum. Et non tantum hic, sicut & in Psal. 31. fatetur hominem esse ipsum peccatum, sed etiam Philip. 3. Homine ipsissimum **P E Ccatum** appellat, vbi sic inquit, Conscientia in tentatione corā Deo consistere non potest, prae horrendo iudicio Dei, quia peccatores

DE HOMINE.

tores sumus, & **IPSISSIMUM PECCATVM**, &c. nisi credamus, Christum factum nobis à Deo sapientiam & iustitiam, etc. In Matthæum sic Pomerani dictata habent. Nos qui post lapsum ex Adam & post eum creati sumus, nihilo meliores sumus ipso Adam, omnium parente nostro. Ergo quod ipse fuit & nos sumus, peccatores scilicet, imò **IPSISSIMUM PECCATVM**. Gal 3. Gloria nostra & nostrarum viriū, ignominia nostra & damnatio est.

PHILIPPVS MELANCTON.

PHILIP: in locis, Anno 21. editis inquit. Nos nihil nisi peccatum & maledictum sumus. Dominica 6. Trin: in Postill: David confitetur coram Deo. Tibi tantum sum **PECCATVM**. In Matt. cap 4. Nos homines vbi nosmetipsos ante oculos ponamus, conspecturi vndiq; quam miseri, & quàm prorsus **PECCATVM** simus, &c.

In Commentario priori ad Ro. cap 7. **PECCATVM**, hoc est, vitiata & corrupta natura in me omnem concupiscentiam operatur. Ibidem legi cum peccato seu natura non conuenit. Rom.

DE HOMINE.

6. Totus homo secundum naturam nil fructificat nisi vitia. In Disputat: anno 30. Scriptura vocat peccatum non tantum opera mala, sed etiam vitiosam naturam, vacantem metu Dei, quod vocant peccatum Orig: 1. Cor. 13. ait, Quantum carnis est in nobis: tantum est cæcitatatis & peccati.

BRENTIVS.

BREN: in Exegesi Ioan. cap. 1. Quid homo nisi mendacium & vanitas? Ioan. 3. Mundus est mendacium, cap. 6. Deus est summa iustitia. Homo est summa iniquitas. Ioan 7. Natura nostra in peccatis nati sumus. cap. 13. Toti in peccatis nati sumus. cap. 8. Tota Adami hereditas sunt tenebræ, densissima opacitas, peccatum, mors & infernus. Nonnunquam etiam carnem & sanguinem, veterem Adamum & peccatum Originale pro eodem ponit, Ac veterem Adamum & corruptam naturam vocat lernam & examen omnium peccatorum. Infans vnus horę (Dominic. 19. Trin. inquit) affert naturam Adami veteris illius hominis, nimirum lernam & examen omnium peccatorum, Idem Ioan. 3. Adam per inobedientiam factus est
Deo

DE HOMINE.

Deo odibilis: Dei inimicus: seruus peccati, Satanæ mancipium, mortis & inferni captiuus: Et amissa imagine Dei factus est imago Satanæ, vna cum omnibus suis viribus internis & externis. Tales ergo nascuntur ex eo posteri.

VRBANVS RECIVS.

VRBAN: REG: in lib. cui titulus vetus & noua doctrina, Nemo habet de suo nisi peccatum & mendacium.

VVOLFANGVS.

CAPITO.

VVOLF: Cap in precationum libello, Natura quantus, quantus sum, peccatum sum.

NICOLAVS Gallus,

NICOLAVS Gallus definit in Catechesi sua, Peccatum Orig: esse corruptam naturam hominis, quæ omnium tam internorum, quam externorum peccatorum radix, fons & scaturigo est.

IOANNES Stolsius,

IOAN: Stol: in Concionibus super Psal. 51. inquit. Dauid non tantum actualia peccata, sed totam massam

C 4

vel

DE HOMINE.

vel corruptam naturam peccati accusat:
Nihil enim sumus quam peccatum.

MATTHEVS Iudex.

MATTH. Iudex in paruo corpore doctrinae inquit, peccatum (Origin.) est corrupta natura hominis. In Syntagmate cum Vvigando, eiusmodi definitionem ponit. Peccatum Orig. non tantum est Reatus propter lapsum Adæ, sed etiam deprauata vel corrupta natura hominis propagata in omnes posteros Adæ, quæ est causa fons & scaturigo omnium actualium peccatorum interiorum & exteriorum.

IOANNES Marbachuis.

IOAN. Marb. in colloquio & triplici consensu Argentoratensi, Totam necessario sed corruptam naturam peccati Orig. nomine censendam esse, apud nos sine vlla dubitatione verum est. Item, Non enim vt rectè tu (Illyrice) pugnas, aliud est principium actualium peccatorum statuendum, quàm illa ipsa corrupta natura, &c. Ibidem, Peccatum Originis Accidens, negas esse in natura hominum corrupta, Assentior, & Affirmationem quoq; illam, qua ipsa natura
peccati

DE HOMINE.

peccati accusatur, & damnatur, veram esse iudico. Nam neq; imago Dei, qua primus homo conditus fuit Accidens erat, sed ipsa creati hominis Natura.

LVCAS Lofsius,

LVCAS Lofs: in libello consolatorio contra peccatum & mortem. Peccatum Originis est corrupta natura in omnibus hominibus.

DISPVATIO

Vinariensis.

IN Disputatione Vinariensi expressè assertitur, & solidis argumentis Scripturæ confirmatur, quod peccatum Orig: non sit separabile Accidens, Qualitas, vel distincta immundities, aut diuersum venenum in & à natura: sed ipsa nostra substantia ex optima lapsi Adæ pessima facta.

ALDENB: COL.

loquium

IN Aldenburgensi Colloquio expressè dicitur, quod Homo corpore & anima, ac cum omnibus, coram Deo tantum sit peccatum, Psal. 51. Testantur & id multarum Ecclesiarum ac præstantium Theologorum confessiones publicæ,

C 5 licæ,

DE HOMINE.

licæ, vt videre est in 1. parte Censura-
rum

SMALCALDICA

Synodus.

SMALcaldici Articuli à viro Dei Lu-
thero Scmalcaldicę conscripti & à
Theologis insignibus plusquam 40.
ibi congregatis approbati & subscripti:
sophisticū ACCIDENS & ficticiū
inter percatum Orig: & corruptam Na-
turam discrimen neruosè refutant his
verbis. Die Buße leret vns die Sün-
de erkennen / das nemlich mit vns als
len verloren / Haut vnd Haar nicht
gut ist: vnd müssen schlecht newe
vñ andere Menschen werden: Item/
Die rechte Buße ist nicht stücklich/
etc. Sie disputiert nicht / welches
Sünde oder nicht Sünde sey: Sons-
dern stößet alles in hauffen / spricht
es sey alles eitel Sünde mit vns/
Was wollen wir lange suchen / they-
len vnd vntersheyden?

ADAM SIBERVS.

ADAM Siberus in Commentario
lo Scholastico, Psal. 51. Ego quan-
tus quantus sum, nil nisi peccatum
existo.

DE HOMINE.

existo, improbus tam animo quam corpore, neq; vllas vires predicare aut virtutes ostendere possum. Ibidem. Multitudo miserationum innuit, nos nihil nisi peccatum esse. Item. Non intelligunt ij quam excellens res sit, condonantis peccatoribus delicta sua, Gratia & Benignitas: qui non totos se in peccatis positos, adeoq; nil nisi vitium & scelus esse confitentur.

NICOL: SELNEC-

cerus.

NICOLAUS Selnec: in Psal: 51.
Nscribit. Es komen zwey extrema
zusamen / die bey einander nicht
stehen können / Gott vnd Sünder /
Wie hie David sagt / Gott sey mir
Sünder gnedig / Ich bin ein Sünder /
Ja die Sünde selber / du bist die
ewige Gerechtigkeit.

IOAN. FRID: COE-

lestinus.

COELESTINUS in suis assertio-
nibus de peccato. Verissimè dixit
Chrysostronus & hunc secutus Bu-
genhagius in Psalmis, omnem homi-
nem naturaliter & ex sese, non solum
pecc

DE HOMINE.

peccatorem, sed etiam totum peccatum, & IPSVM PECCATVM esse, &c. Plura testimonia in 3. parte Censurarum allegata sunt. Hæc est propria doctrina legis, per quam tantum cognitio peccati, Rom 3. & quæ totum hominem sub peccatum concludit, & omnino homini nihil relinquit, in quo coram Deo extra Christum gloriari & saluari possit. Sed totum hominem, totam eius naturam corruptam, corpus & animam, vt quæ à lege dissident, grauius accusat & damnat. Fert autem lex capitalem sententiam contra nos, nosque in æternos cruciatus ex merito abijciendos pronunciat, non vt desperemus, sed vt voce Euangelij erigamur, & ad Christum redemptorem & mediatorem confugiamus & remissionem peccatorum fide propter ipsum consequamur. Lex enim vt Paulus inquit, est Pedagógus ad Christum. Hunc nobis Euangelij doctrina proponit & inculcat, quod pro nobis, qui extra ipsum insipientia, stultitia, tenebræ, iniustitia, vel peccatum, abominatio, ac maledictum sumus, sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio factus sit, 1. Corint. 1. Imo quod

DE HOMINE.

quod pro nobis factus sit peccatum & maledictum Catharma, ἀνάσως, Anathema, abiectio, despectio, opprobrium ludibrium, vt Diuus Paulus 2. Corin. 5. testatur. Eum qui non nouit peccatum, Deus fecit peccatum, vt nos in ipso fieremus iustitia Dei. Et Gal. 3. Christus redemit nos à maledicto legis, qui pro nobis factus est maledictum. Hinc Lutherus Galat. 3. inquit, Tu Christe es meum peccatum & maledictum vel potius, Ego sum peccatum & maledictum tuum, Mors tua ira DEI tua, Infernus tuus: Tu contra es Iustitia Benedictio, Vita, Gratia Dei mea: & cœlum meum. Sic etiam ad quendam tentatum scribit Lutherus: Mi dulcis frater disce Christum hunc crucifixum, disce de teipso desperare & dicere. Tu Domine Iesu es mea iusticia, Ego autem peccatum tuum, Tu assumpsisti meum & dedisti mihi tuum, assumpsisti quod non eras, & dedisti mihi quod non eram. Item, Genes. 49. inquit, Christus sic statuit. Sponsa est mea, Ego sum sponsus eius: Ergo eius peccatum meum, & mea iusticia illius est.

P O M E ranus Rom. 8. ita scribit Christus

stus

DE HOMINE.

Stus quantus quantus factus est ipsum
peccatum & maledictum pro nobis.

PHILIPPUS capit. 4. Matth. ait solus
Christus iusticia pax & veritas nostra,
Nos peccatum, mors, tenebræ, & men-
dadium.

BRENT. in Exegesi, Ioan. 1. Chri-
stus homo factus, induit extremam aba-
iectionem & vanitatem, vt nos in eo fie-
remus gloria, veritas, iusticia & vita.

TESTIMONIA SA- CRORVM POETA- rum.

PAVLINVS DE OBITU Celsi.

*Namq; bonum Natura hominem bonus ad bona fe-
cit:*

Mente sua lapsus se uitiauit homo.

Quare opifex hominum mortali in corpore uenit

Non ex mortali crimine factus homo.

Corpore mors cecidit, surrexit corpore uita

Qua prius occiderat, carne reuixit homo.

PRVDENTIVS DE HA- martigenia,

Inueni

DE HOMINE.

Inuentor uitij non est Deus, Angelus illud
Deneger infami conceptum mente creauit,
Hinc natale caput uitiorum principe ab illo
Fluxit origo mali, qui se corrumpere primum
Mox hominem didicit, nullo informante Magi-
stro.

HILARIVS.

Postquam primus homo uetito se pascere ligno
Non timuit, captusq; dolis se præbuit angui
Culpa comes sequitur, peccato obnoxia uita
Debilitat uires, &c.
Nascitur hinc proles peccati: germinat inde
Deterior soboles, multo peiorq; priori
Progenies sequitur, gradibus per crimina crescēs,
Crimina quæ stimulis acuunt dementia corda,
Teq; pater uarijs armant punire periclis.

PROSPER DE LIBERO

Arbitrio.

Sed non iniustus Deus est, manifesta q; Pauli
Vox docet, uno omnes homines cecidisse ruente,
In quo tota simul series prostrata Nepotum
Deperijt, nec habet quisquam, quo surgere possit
Ad Vitam, sacro nisi rursum nascitur ortu.

IDEM.

Nos humiles tenuesq; sumus, grex paruus & altis
Innitā

DE HOMINE.

Inniti metuens, quia sufficientia nostra
Ex Christo est: si quid recti sapimus uolumusq;
Illi debemus, qui uincula nostra resoluit
Proq; malis bona restituit. Item.
Gratia sed mutans inuis mentem atq; reformans
Vasq; nouum ex fracto fingens, uirtute creandi
Vnus quod fecit, reficit: Deus ergo sepultos
Suscitat & soluit peccati compede uinctos.
Ille obscuratis dat cordibus intellectum
Ille ex iniustis iustos facit, inquit amorem
Quo redametur amans: quo sumunt mortua ui-
tam
Quo tenebrae fiunt lumen: quo immunda nite-
scunt
Quo stulti sapere incipiunt, aegriq; ualescunt.

AMBROSIVS.

Sine tuo numine,
Nihil est in homine,
Nihil est innoxium.

BERNHARDVS IN ME- ditationibus.

Vnde superbit homo? cuius conceptio culpa:
Nasci poena, Labor uita, necesse mori.

Obseruandi sunt & sequen-
tes versiculi.

Auspia

Auspicio à lacrymis, in hysdem finio uitam,
In lacrymis uita est, tota peracta mihi.
Principium uita dolor est, dolor exitus ingens,
Sic medium dolor est, uiuere quid libeat?

VENANTIVS FOR-

tunatus.

Naschmur equales: morimurq; equaliter omnes,
Vna ex Adam est mors: Christus & una salus.

LACTANTIVS DE BE-

neficijs Christi.

Te propter, uitamq; tuam, sum uirginis aluum
Ingressus: sum factus homo, atq; horrentia passus
Funera: nec requiem terrarum in finibus usquam
Inueni, sed ubiq; minas & ubiq; labores.

VERSVS IN IMAGI-

nem crucifixi.

Mortem morte tero, morior Deus ac homo pro te
Vita Reo, portus Exule: Pastor oue.

MARTINVS LUTHERVS,

in Epitaphio quod suae filiae fecit.

Dormio cum sanctis hic Magdalena Lutheri
Filia, & in strato tuta quiesco meo.

Filia mortis eram, peccati semine nata

Sanguine nunc uiuo, Christe, redempta, tuo.

IOACHIMVS VVESTPHA-

lus, Hamburgens:

Est aliud, quid homo nisi sordes, stercus & umbras
Quid nisi PECCATI perdita MASSA, miser?

D

Idem.

Idem.

*Tolle Dei, quæ sunt in nobis : Dic age uerum
Perdita Peccati, quid nisi Massa sumus?
Quicquid id est, quod sum, certe est hoc gratia tō
Non pars est meritis, attribuenda meis. (tum,*

Eobanus Hessus, Psal. 94.

*Omnipotens hominum sensus & pectora nouit
Vana esse, & sanæ mentis habere nihil.*

Idem, Psal: 103.

*Est homo persimilis flori per prata uirenti
Ut breuis in pingui quæ rosa floret agro.
Quam simul attigerint urentis flamma uenti
Aret: & exiguo uicta calore iacet.*

Ioannes Stigelius.

*Ipsæ sibi fons est, priorum & causa malorum,
Ad scelera innato fomite pronus homo.
Mens bene diuini bona Numinis omnia fecit,
Ut bona ab autoris conditione forent
Sponte sua illectus sed, cacodæmonis astu
Triste malum elegit: deseruitq; bonum,*

Idem.

*Omnis homo uerè est Peccati Massa pudendi,
Ferre dolens iusti, quam nequit ira Dei.*

Idem.

*Si bene scrutamur naturæ semina nostræ
Nil nisi peccati Massa pudenda sumus.*

Idem

Idem.
Ante tuos oculos, nil nisi culpa sumus.

Idem.
In toto non est corpore mica boni.

Idem.
Fixa mihi in solo est constans fiducia Christo,
Quo sine Peccati nil nisi Massa sumus.

Idem.
Sum miser & non ulla dolens solatia noui
Sumq; adeo culpæ, nil nisi massa, meæ.
At tu solus habes, mihi quæ solatia præstes,
Qui datus es massæ portio Christe meæ,
Mors tua Christe, mihi uita est, uictoria regnū,
Labe mea morior, sanguine uiuo tuo.
Viuo tibi, moriorq; tibi, tibi deniq; uiuam
Te, quia iustifica, Christe, prehendo fide.

Idem. (stun
Quicquid erit tandem, mea spes est unica Chri-
Huic uiuo, huic morior: cætera curo nihil.

Idem. (pbu s
Quid ualet hic mundus? quid gloria? quidue triū-
Post miserum funus: puluis & Umbra sumus.

Georgius Fabritius, lib. 1.
Militia sacra.

Immundum i prima nobis ab origine pectus,
Matris ab ipso utero, perdita Massa, sumus.
Est hominis sine te te, praua & uitiosa uoluntas,
Tu das uelle Deus, tu quoq; posse Deus.

Lib. 2. Victori: cœlestium.

A primis S E R u i P E C c a t i, nascimur Annis,
Mancipiumq; feri Dæmonis omnis homo est.

Lib. 3. pietatis puerilis.

Quicquid homo est, prauum est: animus, natura
Factaq; ab eterno sunt aliena Deo. (uoluntas.

Ibidem.

Ingenita est nulli pietas: Nam stirpe maligna,
In mundum hunc hominum prodijt omne genus.

Ibidem.

Scilicet humanis nil quicquam in uiribus: omnes
Culpa motu, sensu, Perdita Massa, sumus.

Lib. 1. Odarum.

Nil nos quam Tenebræ sumus.

Lib. 2. Hymnorum.

Omnes sumus nox, cæcitas,
Mendacium, quanti sumus
Tu Christe, sis flatu tuo,
Lux & Dies & Veritas.

Lib. 5. Hymnorum.

Heu Christe, quicquid est, malum est
Mens, Vita, cogitatio
Mores & actus & caro.

Idem.

A matre Labes nascimur,
In labe multa uiuimus.

ADAM SIBERVS, lib. 1. Epigram:
in imaginem Adæ &
Eue.

Qua

Quos Deus ipse sua decorauit imagine uertute
Fraudibus en hostis, seq; genusq; suum.

I nunc & LARua Regis scedatus AVERNI.
Amplifica mentis, iuraq; uimq; tue.

Ibidem.

Factus imago Dei, nunc laruam demonis atri,
Sustinet & miser est, & scelus & uitium.

Peccatum creti: Peccatum uiuimus omnes,
Mors peccatum auido propter & ore uorat.

A uitae exortu, sensus cum mente uoluntas
Os, manus, affectus, omnia Crimen habent.

Ibidem.

Quantus es, & Vitium & Scelus es.

Ibidem de publicano.

Alter peccasse fatetur

Se scelus, & queritur, quod sumus, esse Deo:

Lib. 2. Epigram. de Pbariseo.

Te PECCatumq; SCElusq;

Ex uerbo discas, quantus es, esse Dei.

Lib. 1. Epig. Parate uiam Domino, Ioan. 1.

Si lege territus Dei

Didiceris esse te, nihil.

Nisi uitium, Crimenq; & Irae filium,

Opus cui sit Gratia,

Insistit hanc Christus uiam.

Idem.

Disce igitur quod sacra docet nos pagina: Totus

Quantus homo est, Vitium & Crimen & esse

Idem, Psal: 51.

(Scelus.

D 3

Im-

**Impius offendi te solum crimine : solum
Te lesi : ante oculos noxa scelusq; tuos,
Infœlix cretus corrupto semine : Matre
Protinus beu uitium concipiente fui.**

Lib. 1. Epig : Esa. 40.

**Qui caro, quantus homo, quantusq; est gramen &
Illius uirtus floris & instar habet. (herba,**

Flos perit, arescunt defectæ humoribus herba,

Quas flatu diffolat spiritus ipse Dei (ba

Quisq; sibi placeat, tamen est flos, gramen et herba

Herbae arent, flores uento agitante cadunt.

Lib. 2. Hierostichon.

Somnia sunt homines, umbrae, frustra q; timentur

Ceu pannum blattæ, quos timeatq; terunt.

Lib. 2. Epigr.

Scilicet exigua est ætas, quæ uiuitur, ipsi

Umbrarumq; sumus, Somnia, Bulla, Nihil.

Idem.

Homo quid est nisi Bulla & Umbra Somnium?

Lib. 1. Epigr. Rex tuus uenit.

Præda sumus Mortis, Peccati, Dæmonis omnes,

Vnius est munus Vita salusq; Dei.

Perditio tua ex te.

Et Satanae Semen, qui uita uescimur dura,

Ipsi ergo trunci prorsus, & nostrum nihil.

Ibidem de Paulo, Pbi.

lip: 3.

(gnus

Quisquiliatq; putat sua cuncta & stercora, Ma

Præ Nati, Paulus, cognitione Dei,

Ibidem

Ibidem, CHRISTVS dedit semetipsum
ipsum pro peccatis nostris,

Gal: 1.

Pro nostris sese peccatis dedit, inquit
Tarsensit, Natus Maximus ipse Dei:
Non fuit ergo boni in nobis uis ulla relicta!

Idem.

Serpentis Semen, Soboles & nascimur Iræ,
PECCatumq; sumus uiuimus & morimur.
Et nisi pro mundi, qui factus uictima, nobis
Innocuo Christi est sanguine nulla Salus.

Ibidem, Christus peccatum.

Suffixus tristi dum pendet stipite Christus,
Pro mundi patitur criminibusq; necem,
Sol tegit obscura, nigram ferrugine frontem
Saxaq; rumpuntur: terraq; mota tremit.
Ergo Scelus, Christus, Scelus est: sed crimine no-
Hinc caelo pallet solq; solumq; mouet. (Stro.)

Lib. 2. Epigr. (teme)

Sum Scelus & uitium quantus sum cunq;, quid au
An factus pro me est, non scelus ipse DEVS?

Lib. 1. Epig.

Nil opis in nobis: Tu solus causa salutis,
Nil sine te est & habet, nil ualet omnis homo.

Ibidem, Esa. 60.

Et Tenebrae sumus & maculosa Infamia: solus
Est Lumen nostrum: Gloria nostra Deus.

D 4

Ibidem

Ibidem.

Mancipium ditis: Christi itur ad astra curare.

Idem.

Astans sacro Baptismo.

Concepti uitio, uitio prodimus in auras.

Carne scelus, uitium mente animoq; sumus.

Nec speranda salus, iussu nisi rore beati

Tingamur laticis, Christe benigne tuo.

NICOLAUS Selneccerus, Psal. 39.

Quid mea uita Deo corā? quid hypostasis omnis?

Omnia ceu nil sunt, & uelut umbra cadunt.

Heu mihi quā nil sunthomines uno agmine cuncti,

Stent licet in summi conditione gradus.

Securi uiuunt: sunt spectrum & Imago, sibiq;

Innumeras curas & mala multa parant.

Idem, Psal: 51.

Nos homines miseri, nos umbræ, somnia, uana.

En sumus ante tuum fœtida Massa thronum.

Mors & culpa sumus, fœdum de stercore stercus,

Obruta peccati mole premente caro.

Peccaui fateor: sum fex: sum crimen & horror,

Eluuias, Vitium, Culpa, Ruina, Scelus.

Idem, Psal. 103.

Ipsē etenim nouit manuum figment a suarum,

Respicit & miseros.

Qui cinis & puluis, qui nil sumus, omnia nouit.

Nil nisi CULPA sumus.

Puluis

Puluis & umbra sumus quasi flos & gramen in
Quod cito demetitur, (agro,
Flos floret : floremus : & heu flos decidit arens,
Funera mœsta sumus :

In Epitaphio VITI Theodori.

Nassa putris foedo foedum de stercore steruus
Nos sumus, & sordes, culpa ruina lutum.
Sanguine sed Christi, mundati carpinus aurat,
Si qua uenit nobis, hinc uenit una salus.
Ipsius ex humeris omnes pendemus, & illo,
Sistitur irati prægrauis ira patris.

Idem, de Cananæa, Matth. 15.

Sum miser indignus, sum uermis, sumq; catellus,
Sed pro me uermis, factus es ipse tamen.
Suscipe nunc igitur uenientem ô Christe catellum,
Conspersumq; tuo sanguine uermiculum.
Non cœlos curo, non terras curo : sed unum hoc,
ô Christe ut uiuam, sim moriarq; tuus.

Idem, in Epitaph : Ioan. Stigelij.

Totus homo est prima prognatus origine morbum,
Atq; sui ignorans squallida Massa mali.
Est miser & plorat dum matris prodit ab aluo
Non sibi, non alijs utilis esse potest.
Vna salus, uita una, tibi confidere Christe,
Parta uenit nobis sanguine uita tuo.

Idem in Epitaph : Georgij' prin-
cipis Anbaltini.

**Gnate Dei Ducibus pia tu sis ancōra nostrū,
Te sine qui nil sunt : Te sine Merda iacent.**

Idem in Epitaph. Erasmi

Minckwitzij. (lum,

**Quid quod mors subito nunc hunc, nunc auocat il-
Hei mihi sitq; hominis corpus inane, Lutum.
Vermibus esca datur : non est caro foedior ulla
Nec grauior teneris naribus ullus odor.
Ab homines miseri : nos Vmbrae Somnia uane
Prob dolor ante Deum, foetida Massa sumus.**

**Georgius Trepta in Epita : quod sibi
ipsi fecit.**

**Nec enim poenas meruisse negabo,
Ante oculos qui sum nil nisi culpa, Dei.**

Hieremias Hombergerus.

**Ipsē Deo coram sine Christo culpa scelusq;
Ipsē ego peccatum, sum proprieq; uocor.
Si bona Massa essem, si stirps arborq; probata,
Haud possem putridis fructibus esse parens.**

Ioan. V Vagnerus.

**Massa quid est hominis ? Peccatum morte piandis
Humaniq; actus nil nisi crimen habent.**

Ioan : Fraxineus.

**Factus imago Dei primum, sed desijt esse
Qui fuit, amisso nomine uiuit homo.
Iumento similis, Christo aduersatur ut hostis.
I nunc mortalis, te super astra loca.**

Idem

Idem.

Nil nisi PECCatum, materna natus ab alio
Fertur, & ante oculos nil nisi culpa, Dei
Mancipium ditis: natura filius iræ,
Corruptus totus: prædaq; mortis homo.

Idem.

PECCatum nati, peccatum uiuimus, extra
Et Christum mormur, nil nisi Culpa, Deum.

Idem.

Peccatum nati, peccatum uiuimus omnes,
Quotquot in hanc lucem protulit Eua parens.
Peccatum mansurus homo, nisi Gratia cælo
Dignata informet, quod fuit ante malum.

Vilhelmus Sarcarius.

Ante Dei uultus PECCati sordida Massa,
Prætereaq; nihil quam caro praua sumus.

Petrus Treuerus.

Nil nisi peccatum primo producimur ortu,
Naturaq; scelus nos sumus ante Deum.

Iosephus Ruta.

Lapsu corrupti natura & origine toti,
Nos peccatorum fons & origo sumus.
Ex quo perditio, miseri, maledictio, culpa,
Et nisi peccatum nil sumus ante Deum.

Christophorus Rosa.

Cum mea non aliud nisi sit scelus ipsa propago,
Cur non peccatum dicar & ipse? scelus?

Scimus

**Semine cum fœdo sim natus origine prima,
Natura haud uideo mundus ut esse queam.
Benedictus Taureus.**

**Noxa, malum, sordes, scelus, impietasq; nefasq;
Nil nisi peccatum nos sumus ante Deum.
Idem.**

**Extra te Christum, sine quo spes nulla salutis,
Mancipium Satana nascimur & mormur.
Idem.**

**Gratia si Christi meritumq; salubre recedit,
Nil nisi Peccatum nascitur est & homo.
Casspar Hendelinus.**

**Ante tuos oculos cum nil nisi Culpa uocemur,
Fac totos iustos sanguine Christe, tuo.
Ioan: Haimullerus.**

**Nil nisi peccatum: natura filius ire,
Auxilium spero sanguine Christe tuo.
Ioach: Hartmannus.**

**Totus homo fœdo peccati semine natus,
Post lapsum uiuit nil uisi culpa Deo.
Idem.**

**Peccatum peccans culpam segetemq; malorum,
Me facit accusans Lex grauis ante Deum.
Idem.**

**Naturam lapsu corruptam patris Adami,
Totam PECCatum lex facit atq; Ream.
Idem.**

**Peccatum natus, peccatum uiuo: Redemptor,
Pro me peccatum factus & ipse fuit.
Idem.**

Idem.

Gnate Dei pro me PECCatum factus es: in te
Iustitia ut fiam, plantula grata Dei.

Valentinus Vigelius.

PECCatum sum Christe tuum: sed tu mea, factus
Pro me peccatum, sis modo iustitia.

Idem.

Semine post lapsum peccati natus & inde
MASSA mali: iustus sanguine Christe tuo.

Christophorus Irenæus.

Semine corrupto conceptus matris in aluo
Peccatum latui, dum rude pondus eram.

Idem.

Peccatum natus: Peccatum facte Redemptor
Pro me: iustificor Christe cruore tuo.

Idem.

Natura et fructus sunt σκύβαλα, stercorea, sordes
Iusticia in Christo, munditiesq; sumus.

Idem.

Nil nisi peccatum sordes Anathema, Catharma,
Extra te Christum, nos sumus ante Deum.

Omnis Christe tibi debetur gloria soli.

Nobis iusticia es gratia, uita, salus.

Tetrametron contra insolentiam
hominis.

Bulla quid inflaris? Mortalis Homuncio, uermis,

Nonne teris terram, terram geris, in quoq; terram,

Conuerteris homo? qui terra sumeris Idem

Nascendo moreris: florendo nonne putrescis?

Idem

Item.

*Dum fex, dum limus : dum res turpissima simus :
Vnde superbimus? nescimus quando perimus.*

Georgius Buchananus de homine.

*Vermibus esca : cibus tineis, domus hospita blattis
Obprobrium cœli : Ludibriumq; soli.*


Bernhardus in Meditation : (rov)


*Post hominem uermis: post uermem fœtor & hor=
Sic in non hominem, uertitur omnis homo.*


Christophorus Irenæus. (Aus)

*Ex tumulis hominum putrefacta cadauera Chri=
Adueniens iudex, qua cuncta potest, reuocabit
Voce sua : Electos in cœlica regna locabit,
Infima sed reprobos in Tartara precipitabit,*

F I N I S.












115 361

(x 220 3538)

1A-70L

248.





DE HOMINE:
QVIS ANTE
LAPSUM FVERIT, ET
QVIS NVNC POST LAP.
sum extra Christum
sit,

PER CHRISTOPHO.
rum Irenzum.

TESTIMONIA,
ILLVSTRIORA PROPHEA.
rum, Christi, Apostolorum, Patrum,
Lutheri, & aliorum Theologo.
rum, atq; Poetarum Sacro-
rum bona fide col-
lecta.

ADAM SIBERVS.

Pone animi fastus: nunquam placuere superbi.

Disce, quod es, coram te NIHIL esse Deo:

IDEM,

*Disce igitur quod sacra docet nos pagina: Totus
Quantus homo est, Vitium & crimen & esse
scelus.*

Anno, 1575.